

docentis linguae hungaricae, quum jam propter assiduos labores ac nocturnas lucubrationes haemoptia correptus fuisset, opusculorum praeterito tantum anno et nude facto salerii 624 rh(ensum) fl.(orenorum) damnificatus: tamen quum spes exigua haberi potest, praefatum Szalay nunc adhuc solvere posse, his inclyto magistratui academico humillime declaro, praefatos cives vel cum initio mensis sequentis, siquidem erit possibile vel cum fine mensis Aprilis per mercatorem dominum Krausz certo excontentaturos. Qui debito cum venerationis cultu persisto *Pestini 2-a* Januarii 1794. Inclyti magistratus academici humillimus servus *Andreas Vályi* linguae et litteraturae hungaricae professor ordinarius.

(Eredetije Kassa v. lvt. Másolat.)

KEMÉNY LAJOS.

## SZEGEDY GERGELY ÉLETÉHEZ.

### I.

Ornatissime ac humanissime vir, amice nobis observandissime. Salutem et nostri commendationem cum honore. Et nostra voluntate dominus *Gregorius Melzer* germanicus noster contionator, simulque rector scholae nostrae *Mathias Chabay* ad humanitatem vestram litteras per exhibitorem praesentium miserunt in causa religionis et studiosi cuiusdam *Gregorii*<sup>1</sup> qui nuper *Viteberga* rediens apud nos aliquot contiones lingua hungarica habuit. Cum autem praefati nostri contionator et rector scholae illum in certis quibusdam articulis dissentire ab augustana confessione et praecipue de coena Domini affirmant, iussimus, ut v. h. illius errorem aut sententiam perscribant. Itaque et nos obnix v. h. rogamus, ut de iis cum reverendo domino N. pastore Bartfensi conferat diligenter ac cum ad eorum scripta respondeat, tum nobis quoque suam sententiam, quamprimum fieri poterit, perscribat. Factura in hoc h. v. opus pium nostraeque reipublicae gratum et utile quam scimus ante omnia in id incumbere, ut et in his partibus vera de Deo vigeat notitia pravis et haeticis opinionibus hominum fanaticorum non admissis. In reliquo optamus, ut divina bonitas H. V. diu salvum et fortunatum conservet. Domino pastori vestro salutem et nostram benevolentiam commendamus. Datum Cassoviae ipso die Laurentii martyris anno 1557.

Judex iuratique cives civitatis  
Cassoviensis.

*Kivül:* Ornatissimo humanissimoque viro domino *Leonarto Slökel* rectori scholae Bartfensis, amico nobis observandissimo, 1557.

(Egykorú fogalmazvány, Cromer Lénárd jegyző kezeírása, Kassa v. lvt. 1875. sz. a.)

<sup>1</sup> Szegedy.

## II.

S. D. Cum ea causa, de qua meam et ecclesiae nostrae sententiam scire vultis, ornatissimi viri, tam subito tractari non potuerit, aliquot dierum moram aequo animo feretis. Nos officium nostrum faciemus, caetera sunt in manu Dei, qui, ut Paulus, sunt diabolum alios ex aliis errotes spargere. Quia veritatem homines non diligunt. Interea vestri erit officii non concedere, ut is, quicumque est author rerum novarum, in vestra ecclesia doceat. Atque utinam prius auditus esset privatim, quam publice. Christus vos omnes seruet incolumes. Bartphae XI. Augusti MDLVII.

Vestrarum Dominationum studiosis-  
simus

*Leonartus Stöckel.*

*Kivül:* Prudentibus et circumspicis viris, iudici et iuratis inclýtae civitatis Cassoviensis, dominis et amicis suis singulari observantia colendis.

*Alatta Crómer Lénárd,* Kassa város jegyző kezével: Die 13 Augusti coram senatu lectae 1557. Dicit interea, dum de causa scripturus est, ne permittatur docere *Gregorius Zegeadiensis.*

(Eredetije Kassa város levéltárában 1915/11. sz. a.)

## III.

Salutem ac servitiorum suorum commendationem.

Quod tanto temporis intervallo vos, praestantissimi viri, vestrosque populares ac nuntios quamplurimos detinuerim, in causa est tabellarius quidam ex civitate Dominationum Vestrarum oriundus, poenis ipsis perfidior, quod literas fidei suae per me commissas D. Vestris non praesentaverit. Nunc etiam dominus meus his conditionibus victus est licentiamque concessit Vos accedendi. Dum modo in vero cursu veritatis evangelii patrocinari defendereque contra omnes, Christo adiuvante, hostes evangelii velitis. Deque salario meo mediocriter ad necessitatem provideritis. Quibus de rebus ubi D. vestra deliberaverint et per literas nostri significaverint servire D. vestris non piguit unquam nec pigebit. Bene valete ac nos Jesus conservet ac regat. Ex Debrecen dominica prima adventus anno 1557.

*Gregorius Zegedinus.*

*Kivül:* Prudentibus ac circumspicis viris, domino iudici caeterisque senatoribus Cassoviensibus, dominis ac patribus semper observandis.

*Alatta más kézzel:* Lectae in domo iudicis coram senatu, sed absente Melczero et Joanne Cassay die 8 Decembris 1557. Dicit sibi datum a domino licentiam huc veniendi. Itaque scripta est credentia.

(Eredetije papiroson, Szegedynek zöld viaszba nyomott czímeres pecsétjével, Kassa v. lvt. 1915/2. szám alatt.)

## IV.

Salutem et nostri commendationem cum honore. Intelleximus, honorande Domine *Gregori,* litteras tuas, quibus scribis, te impetrasse licentiam a domino tuo ad nos accedendi et quod te non piguit, neque

unquam pigebit nobis servire. Quae tua voluntas ingrata nobis non est. Quare ea freti misimus pro te adducendo praesentium exhibitorem providum Franciscum Zewch, concivem nostrum, et commisimus illi, quod dicat nostra causa coram te. Petimus igitur, ut verbis eiusdem nostri concivis ex parte tuae ventionis velis integram adhibere fidem. Id quod te facturum, confidimus. Optantes, ut te Deus servet et reget suo sancto spiritu, ut tui labores sint ecclesiae salutares. Vale. Datum Cassoviae die 9. Decembris. Anno Domini M. quingentesimo quinquagesimo septimo.

Judex et iurati cives civitatis  
Cassoviensis.

(Egykori fogalmazvány, Cromer Lénárd jegyző kezeírása, Kassa v. lvt. 1873. sz. a.)

KEMÉNY LAJOS.

## BAJZA JÓZSEF AKADÉMIAI MUNKÁSSÁGA.

(Első közlemény.)

Bajza József az első nagygyűlésen, 1831. február 16-án választott meg az Akadémia levelező tagjává. A jegyzőkönyv tanúsága szerint (33. p.) még ezen a nagygyűlésen majdnem rendes taggá lett. Döbrentei Gábor ugyanis titoknokká választatván, helyére a philosophiai osztályba rendes tagnak Bajza és Szalay Imre ajánlottak, de kétszeri szavazás után is egyenlő szavazatot (13—13) nyertek, úgy hogy a gyűlés a választást a jövő nagygyűlésre halasztotta. Bajza tényleg a jövő 1832-iki márcziusi (9-én) nagygyűlésén lett az Akadémia rendes tagjává, de nem a philosophiai, hanem a történettudományi alosztályban s mint ilyen működött egészen haláláig.

A jegyzőkönyvek tanúsága szerint szorgalmasan részt vett a munkában s ez indított arra, hogy akadémiai működésére vonatkozó iratait egybegyűjtsem.

Levelező-tagságát az akadémiai munkásság megindulásakor annak köszönhette, hogy a szótári munkálatoknak, a benyújtott kéziratoknak bírálatainak, a Tudománytár számára készítendő kivonatok, a pályaművek elbírálásának elvégzésére a rendes tagok száma kevés volt. Segítségül választották a levelezőket, köztük őt is, már eddig is kifejtett nagy munkásságáért és munkabíráásáért, a miben az Akadémia nem csalódott. Bajza alább közölt iratai a főtítkári iratok közt maradtak fenn. Számuk eléggé tekintélyes, tartalmuk eléggé fontos. Sok új irodalomtörténeti vagy történeti adatot tartalmaznak s érdekesek a korra, az Akadémiára nézve, Bajzának akadémiai működése pedig lehetőleg hűen tükröződik vissza bennük.